Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super actus apostolorum, epistolas canonicae et aposcylpsim - Cod. Aug. pap. 82

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-75496

Visual Library

Repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui actuum secundo. Sicut lex evangelica per xpistum deum et hominem fuit data ut patet in evangelio et per apostolos alios que xpisti discipulos per orbem fuit publicata ut patet in hoc libro apostolorum actibus intitulato cuius quod salvator dixit eis marci ultimo Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Hec autem publicatio facta est per spiritum sanctum principaliter et per apostolos ministerialiter mathei x Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis propter quod verbum propositum ad litteram dicitur de apostolis Repleti sunt etc. In quo duo notantur scilicet apostolorum aliorum que xpisti discipulorum per spiritum sanctum confortatio cum dicitur Repleti sunt omnes spiritu sancto. Secundum est per eosdem evangelii publicatio cum subditur et ceperunt loqui. que duo sanctus lucas prosequitur in hoc libro ut videbitur prosequendo. Circa primum tria pertinentur scilicet virtus efficiens in spiritu sancto. modus sufficiens ibi Repleti sunt. cetus suscipiens. omnes. Circa primum sciendum

prophete spiritu sancto inspirati secundum quod dicit petri primo Non voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti homines. legem evangelicam denunciaverunt per xpistum dandam ysaie De syon exibit lex et verbum domini de ierusalem. Ubi enim legitur xpistus frequenter docuisse. Et ieremie xxxi. Ecce dies veniunt dicit dominus et feriam domui israel et domui iudas fedus novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus etc. Et sicut prenunciatum fuerat per prophetas per xpistum hominem spiritu sancto repletum. fuit lex evangelica data Unde luce iiii dicitur de xpisto quod ingressus synagogam legit in libro ysaie quod in eo scribitur lxi Spiritus domini super me propter quod unxit me Evangelizare pauperibus misit me Et sequitur ibidem luce iiii Cepit autem dicere ad illos quia hodie impleta est scriptura hec in auribus vestris Et similiter spiritus sanctus apostolos confortavit et perfecit ut essent apti ad predicationem evangelii propter quod de apostolis dicitur prima cor. xii Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult Et sic patet primum scilicet causa efficiens

Circa secundum considerandum quod perfectio sufficiens ad predicationem evangelii Non solum recepit personam propriam sed etiam alias per quas quamdam redundantiam que sunt in struende per sanam doctrinam Talis autem fuit apostolorum perfectio collata eis a spiritu sancto Nam per sapientiam et eloquentiam facti sunt apti ad predicandum evangelium per universum mundum Et hoc

HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg